

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister


Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



¶ Verbi gratia erat iupiter in arietate ponatur in decimo gradu sed ipse erat retrogradus vel combustus et erat in angulo: ponatur quod esset ascendens eius de arietis quinto et mars erat in quarto gradu capricorni in angulo decime domus: vel erat in aquario in quarto gradu in succedenti angulo iungebatur mars ioui per aspectum et recipiebat eum de domo sua et committebat sibi dispositionem et virtutem suam: sed iupiter quia erat retrogradus non potuit retinere illas virtutes unde reddidit eam sibi: et talis redditus fuit bonus et utilis cum proficuo quoniam mars erat

in angulo vel succedenti angulum ita quod bene potuit retinere illam virtutem sibi redditam a ioue: et remansit postea tota virtus marti ita quod bene proficeres de qua esset questio ex sua virtute et ex illa sua potentia. ¶ Si vero fuerit planeta qui inigitur seculis seu ille cui redditur virtus cadens ab angulo ubi cumque fuerit ponderosus seu ille qui reddit virtutes siue in angulo siue in succedenti seu cadenti erit redditus inutilis et malus et cum detrimento. Verbi gratia fuit ascendens .14. gradus tauri et iupiter in quarto gradu arietis cadens ab angulo et mars in tercio gradu cancri similiter cadens: recepitque mars iouem et commisit illi dispositionem suam: sed iupiter quoniam erat cadens ab angulo non potuit retinere virtutem sibi a marte commissam unde reddidit eam sibi: sed mars quod erat similiter cadens ab angulo nec potuit retinere virtutem sibi a ioue redditam propter debilitatem sui casus ab angulo quod fuit ei potius ad damnum quam ad utilitatem. Ad exemplum cuiusdam qui habebat in humero fessum quem non poterat portare dedit illum alteri et ille reddidit eum sibi non valenti portare: ille redditus non fuit ei utilis sed damnosus. et sic destructa fuit causa de qua erat questio si questio fuerit facta de aliqua re et annullata propter debilitatem iouis qui non potuit retinere virtutem sibi a marte commissam: marti tamen debili ab eo redditam qui eam retinere non potuit: nec potuit rem ducere ad effectum: et hoc fecit debilitas utriusque. Ego tamen inveni aliquos qui videbantur mihi diuersi ab alijs et erant in quadam sua opinione quod non credebant quod redditus virtutis seu dispositionis esset aliquid sicut fuit ille tyrannus ycilinus de romano et erat quidam eius astrologus nomine salionus quem credo assensisse sibi potius ex timore quam quod crederet ita esse. Et hoc credo propterea quia ycilinus habebat quendam eius fratrem in compe dibus de quo ipse timebat ne occideret eum. Et dicebat quod luna et quilibet planetas accipiebat naturam illius cui iungebatur: et quilibet poterat datus virtutem suam: leui siue recipet eum siue non: et multas alias opiniones